




W. 36.

Universitätsbibliothek Halle.



7

DISQVISITIO PRIOR
DE
VSV AC PRAESTANTIA
REFORMATIONIS FRANCOFORDIENSIS
IN IVRE GERMANICO
QVA
PRAENOBILISSIMI AC DOCTISSIMI
IO. WOLFGANG. TEXTORIS
FRANCOFORDIENSIS
DISPVTACTIONEM IN AVGVRALEM
DE
IVRATA SPECIFICATIONE
LOCO INVENTARII EXHIBITA
D. XI. AVG. C^hI^oCCLXXXX.
INSTITVENDAM
INDICIT
CAROL. FRID. WALCHIVS, D.
ORD. IVRISCONSVLTORVM EXDECANVS.

IENAE
LITTERIS GOEPFERDTIANIS.

DISCUSSIONES
DE
MATERIALIA
TRANSCOLORIBUS
IN LARAE CLEMANTIAE
CIVITATIS
TRANSCOLORIBUS
IN LARAE CLEMANTIAE
DISCUSSIONES
DE
VARIA SPECIATIONIS
TODI INFLUENTIA EXHIBITA
DISCUSSIONES
DE
CAROL. HEDD. WALTHERS
DISCUSSIONES
DE

superioribus meliorebus iisq; nisi aliquibus hinc reuelaretur in minoribus
protectionis iuris quoniam si quis illi suorum de fidelitate inobediret qui ex
dignitate emissorum ipsiusque iuris inobediret hinc super protectionem ei punio
re in obstatum. etiam dicitur in obstatu iure iuris officia regula
tum magistrorum etiam obstatu iure iuris apud magistrum dicens sic
aliorum etiam

Et si extra omnem dubitationem positum sit, FRANCOFORDIENSES in legibus suis, quas sub nomine reformationis initio seculi superioris promulgarunt, in eo a multis aliis legumlatoribus Germanicis sese distinxisse, quod in qualibet fere pagella sese referant ad ius Romanum, in imperio in subsidium receptum atque ea tradant, quae ex isto sunt delibata ac hausta; nullo tamen modo patrias quoque consuetudines neglexerunt; sed earum quoque ita memores fuerunt, ut, si eas periuolunt, qui non penitus hospes est ac peregrinus, illius attentionem multa excident capita, quae sola maiorum nostrorum instituta sapient ac mores. Bene scimus, eo tempore, quo ius illud celeberrimum adparuit, ad summam auctoritatem Romanum adscendisse neminemque fere inter iurisconsultos existuisse, qui morum nostrorum haberet scientiam a). Qui eius ad confectionem adhibebatur, Io. FICHARDVS, solum castra sequi videbatur eorum prudentium, qui ante eius aetatem apud Francofordienses Solonis partibus fingerentur b) quinque hi tanto ardore in iura peregrina flagrarent, ut ipso reformationis nomine, quo opus suum designarent, haud obscure significarent, quid iis de iuribus sentirent, quae genuina maiorum nostrorum traderent principia ac fere nihil in legibus suis praeciperent, quod non conuenireti iuribus peregrinis, ipsorum de successore nihil aliud prope expectandum erat.

a) IO. HENR. CHRIST. DE SELCHOV
elementis iuris Germanici, pars, gener, cap.
1. sect. 11. §. 9. p. 14.

b) HENR. CHRIST. DE SENCKENDER
GIVS historiae iuris statutar. Francofordiensis
in selectis iuris et historiarum, tom. vi,
p. 586.

erat. Eo minus quoque Germanorum placita ipsis adridere poterant, quum in regione, qua Francofordia sita erat, speculum Sueicum aequum ac ius caelareum solum ex magna illa copia iurium patiorum innotescerent; horumque auctores quoque haud dubitarent praceptis suis peregrina immiscere; nihilo tamen minus complectitur reformatio multa, quae cultori iuris patrii grata atque accepta sunt et iure ac merito inter vestigia eius sunt referenda.

SATIS alioquin constat, antiquiora statuta plura iuris Germanici complecti pracepta; quam recentiora eiusque rei quoque ratio reddi potest. Quum primis temporibus eum potissimum in finem confribuerentur, ut eo sanctius religiosiusque seruarentur mores patrii; neque penitus per introductionem iuris Romani existinguentur, non facile quidquam in statutis antiquissimis SVSATENSIBVS, LVEGENSIBVS, HAMBVRGENSIBVS, STADENSIBVS atque aliis reperimus; quod iura sapienti Quiritium; ubi vero sequente aetate eadem renouarentur iurisque doctoribus cura, illa reuidendi, demandaretur, plane novo habitu adaptaruerunt, flosculis iuris Romani, quasi stellulis, distincta. Non potest itaque fieri; quin, quo antiquiora eiusmodi iura municipalia, tanto maius pretium ipsis statuatur ab iis, qui ad genuinam notionem patrii peruererunt iuris; sed longe alter comparata sunt Francofordiensium iura. Quum ea, quae condita sunt seculo decimo ac tertio d) haud multa complectuntur, quae in memoratu sunt digna: neque ea, quae sequenti adaptaruerunt e) ac solum mercatoribus aequo ac opificibus normas praescripserunt, nobis utilia sunt nostramque attentionem excitant; ii vero, qui sequentia initio seculi quinti ac decimi collegerunt, iuri peregrino ita dediti fuerunt, ut

CHRIST. HENR. ECKHARDVS, her-
meneut. iuris, libr. II. cap. I. §. 14. p. 682.

d) exhibet ea IO. PHIL. ORTHIVS in der
dritten Fortsetzung der Anmerkungen über
die ergangene Reformation der Stadt Franck-
furth, p. 953.

e) iurispublici haec facta sunt a HENR.
CARIST. L. B. de SENCKENBERG, selectis

iuris et historiarum, tom. I. p. 1. ac IO. PHIL.
ORTHIVS in den Zusätzen über die Refor-
mation, p. 325.

f) adaptarui haec ordinatio sub sequenti
titulo: Reformation der Stadt Franckenfor
t am meine, des heil. Röm. Reichs caner, no
1509, et denuo vulgata est ab ORTHIO in
den Zusätzen über die Reformation der Stadt
Franckfurth p. 358.

fere nihil nisi id, quod ex isto sit haustum; exhibuerunt g) corumque soli successoribus suis h) hac inesse tale reliquerunt spicilegium, ut quum hi semel in conscribendo dure ad mores quoque patris omnium aduenterent, qui non penitus se in fugam coniecerant hocque modo opus lucum conficerent, illud inre quoque locum sibi adrogare possit inter iura patria atque ea, quae quemlibet iuris Germanici cultorem consulere oporteat, si ad perfectam eius peruenire velit intelligentiam.

Si ante omnia oculos coniucimus eius ad dicendi genus: haud negare possumus, iurisconsulto, qui patriis delectatur legibus, in primis ea antiquiora iura vtilia esse, ex quibus notitiam verborum legitimorum, iam obsoletorum, sibi adquirere potest, ac si quoque in his quidquam proferri animaduerit per proverbia, illa eius potissimum attentionem excitant, propterea quod tempus fuisse sciamus, quo maiores, quicquid legislatoribus placeret, prouerbii, completerentur; haud multis tamen eorum contigit, vt legibus confirmarentur atque illa, quibus hoc accidit, secundum meam sententiam reliquis sine dubio antecedunt; si quoque PISTORIUS, HERTIUS atque EISENHARDVS, qui bene alioquin hac de parte iuris patrii sunt meriti, haud opus esse crediderint, vt quoque ipsas antiquiores leges indicarent, quibus virtus quorundam prouerbiorum sit agita. Longe aliter sentio ideoque e nomine iam memorandam dico reformationem nostram, quod tria eiusmodi prouerbia eaque omnino notata digna exhibeat. Primum locum ad signamus ei, quo iura coniugum, ex communione bonorum promanantia, significabantur: Leib an Leib: Guth an Guth. Occurrit hoc in sequenti loco: weren dann dieselben Personen, jhher Nahrung halben, so vnuermöglich, daß sie nichts namhafts zusammen bringen, noch einander versprechen und vermachen könnten, die mögen ohn Geding, Leib an Leib, Gut an Gut, so viel sie dessen haben, und zusammen bringen, mit einander heurahthen h). Quum in primis paroemia haec in Franconia quondam vstata fuit i); neque minus praesertim ex collectione illa consuetudinum Hassiacarum, a SENG-

g) lucem adspexit reformatio haec
opera lo. FICHARDI anno c1688*xxxi*,
ac repetita ann. c1691.

h) part. iii. tit. 1. §. 3. 7. 8. 11.
i) Io. NIC. HERTIUS libr. n. de paro-
miis irridicis, part. 68.

KENBERGIO h) quondam in lucem edita, satis abunde liquet; illam quoque
alis in prouinciis, editioni Francofordiensi similiis, usuuenisse, mirum
profecto haud est, quid sit, quod eius quoque nostra in lege mentio sit fac-
ta; simili vero ratione Francofordiensibus haud ignotum fuit prouer-
biuum, quod successionem denotat in capitula: manich mund, manich pfund:
so viel mund; so viel pfund; sed partim illud adhibent, quum de descen-
dientium hereditate agunt); welche all zugleich, so manig mundt, so manig
Pfundt erben; partim eo vtuntur, vbi monfrare volunt, quatenus a la-
tere iuncti in capita succedere possint). Deriuare videtur EISENHARDVS n)
prouerbium hoc iure ex Romano; vbi vero hoc persuasum habuit: omni-
no fallitur. Licit iam dudum animaduerterim, Germanos quoque eo ad-
huc tempore formasse prouerbia, quo iam ius Romanum esset introductum
ideoque eos errare, qui, omni delectu ac discriminis remoto, ea iuris patrii
praecepta complecti, sibi persuadere velit; nullo tamen modo horum in
cenfum illud, de quo iam nobis est fermo, scribere debemus. Sese
potissimum ea ad principia referebat, quae de iure representationis
maiores nostri adoptauerunt; in primis autem tertium prouerbium attentio-
nem meam penitus excitanit, quod sequentibus traditur verbis: So sollen
sie die Testamentserben, als die vor allen andern gespanten und Verwandten den
Vorgang haben, in Kraft derselben Testaments, mit Mundt und Halm, wie
beig Uns herkommen ist, eingefest werden o). Qui paullum in iure nostro
Germanico antiquiori versatus est, eum usus festucae, qui apud maiores ob-
tinuit, fugere nequit. Mentio eius sit in lege SALICA p) ac RIVARIO-

RVM

k) selectis iuris et historiar. tom. III. p.
264. Eiusdem prouerbii veram naturam
explicant IO. GOTTL. HEINECCIVS, elem.
iuris Germanici, tom. I. libr. I. tit. XII. et 278.
p. 225. GOTTFR. MASCOVIUS, prolaus de pa-
rocnia laengst Leib laengst Gut, in opusculis,
p. 369. et CAR. GOTTL. KNORRIUS in den
rechtlichen Anmerkungen, p. 83.

l) part. v. tit. I. §. I.

m) part. v. tit. III. §. 6.

n) loc. menovat.

o) part. VI. tit. IX. §. I.

p) part. XLIX. §. I. p. 91. edit. EC-
CARDI.

q) tit. XXX. leg. I. ac tit. LXXI.

r) libr. VI. cap. 285. tom. I. capitular.
reg. Francov. ed. BALVZII, p. 313.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-332357-p0010-9

DFG

7

RVM q), capitularibus regum FRANCORVM r), formulis antiquioribus s) atque
innumeris chartis t), quinque illa symbolum esset, quod in quacunque fere
conuentione, vt eo magis illa corroboraretur, adhibere veteres solerent, il-
lud mox solo in ligno: mox in virga; vel hasta: mox in ramo arboris: mox
in stipulis; sive culmis consistebat. Io. MABILLONIUS v) chartas protulit,
quibus frustulae ligni alligatae reperiebantur, neque minus ex tabulario Ange-
riensi diploma produxit, quo haec legitimus: *Ema de Maflacio dedit, S.
Ioanni et B. Reuerentio per quoddam lignum, quod huic pergameno coniunc-
tum est, quidquid alla dii habet.* Virgas in priuis festucas illas extinisse, qui-
bus maiores vtererentur in traditione, imprimis exposuit HENR. SPELMAN-
NVS x). Si iis, quae protulit, sicutem habemus, praesertim virginis opus fuit,
vbi res minores essent tradendae; hattis autem si fundi tradendi, qui es-
sent maioris pretii. Neque minus ramis arborum vtebantur. CAROLVS
MEICHELBECK y) chartam nobis exhibet, vbi loquendi formula occurrit:
absciso proprie arboris ramo. Aliam iuris publici fecit CAROLVS DV FRES-
NE z), qua Mathildis, comitissa, traditum fundum esse animaduerit
per festucam nodatam seu ramo arborum ac CHRIST. VLRIC. GYPHEN a) ex
enim in offertup id, tumidum busi zanimos juntur, nolle co-
muni illius muniti. Quia ita non est ibomino enciata sup, rurisq; omni
obligo p. apud MARCVLFVM, libr. I. cap. 15. et SCHILTERVS, prax. iuris Romani, ex. VIII.
21. tom. II. capitulo. regum Francorum, ed.
STEPH. BALVZII, p. 383. l qq.
D) apud AVE. MIRAEVM, tom. I. diplom-
mat. Belgic. p. 141. et 570. FERDINAND
VGHELLVM, Itala Sacra, tom. I. p. 852.
960. 994. tom. III. p. 49. WIGVL. HVN-
DIUM metropoli Salisburgensi, tom. I. p. 158.
IO. FRID. SCHANNAT indebet litter. collect.
E. p. 43. LVD. ANT. MYRATORI, anti-
quit. Ital. med. akadem. II. diff. XII. p. 248.
Plura hac de re profectum HENR. SPEL-
MANNVS, *glossario archaiologico*, p. 232.
FRID. A SANDE comment. de effectuatione
eius operibus omnibus, quae Coloniae ann.
cclXXXCVIII, edita sunt, adiecta: 10,

x) *glossario archaiologico*, p. 233. sqq.

y) *histor. Frisingensis*; tom. x. p. III.

z) *gloss. adscript. med. et insim. latinatis*,
tom. I. p. 426. ed. Benedictinorum.

a) *in den deutschen Alterthümern zur Er-
kenntnis der alten Geschichte des Reichs*

codice picturato iussi prouincialis (Saxonici sigillam traditionis per ramum arboris quondam suscepit exhibet, quae re in hanc belle illustrata. Mentionem dein facit HENR. SPELMANNVS b) chartarum, quibus loquendi formula occurrit: actum coram testibus subter positis culmo subnixum: potestatē culmo subnixum let intum profecto est, quam diu morem hunc Germani res tinerint. Io. SCHILTERVS c) documenti particulam in incunabulo edidit, quād Io. de Werde Landgravius Alsatiae, anno clo pccxxxvii, mit schat dieſelben Güter in vſere Haende und das Recht der Eigenschaft derselben gutari vns ausgegeben mit einem Halmen, als das gewöhnlichen ist; neque minus legitimus in diplomate Bertholdi, comitis Hennebergiae, ann. clo cccxxviii exarato d): auch eygen unde frysen wir yn dy huben als ander in gut gafryet unde gelegent sind mit Vorfleßung der halme atque alio, qd. GEORO. HALTAVER SIO e) ad legato und haben darauff dess genannten theils vñfers Zehendsfrye und es dlich abgetreten, und dass auch mit mund, hand und stalm, als in diesem Land Sitzen, Herkommen und Gewonheit ist, verstoßen, verzichen und enteuert. Quum non dubium est, quin vsque ad haec tempora festucae vel minimum quibusdam Germanias regionibus tradiderunt loco fundi, cuius possessionem quisquam adquirere veller, litterati homines haud conueniant, vbi quaestio in medium profertur, qua ratione eiusmodi festuca vni sunt. Quum nonnulli credunt, vnum contrahemem illam proieſſisse alterius in sinum hoc modo serium ac deliberatum propositum, standi promissis, declarasse eumque in finem potissimum ad locum legis SALICAE f) prouocant, quum voculam in illa adhibitant id denotasse putant: alii ab iis discedunt ac potius putant, mandibus utrumque pacientem eiusmodi festucam firme tenuisse, vt eo magis robur pacti indicarent. Ethi istorum conjectura limititudinem quondam xvijri consequi videatur, si consideramus, symbola inee, obseruantem GRY

Ienterung des Saechsischen und Schwaebischen Land und Lehurechts, cap. I. p. 2.

b) loc. memorat,

c) glossario Germanico, p. 543.

d) apud CHRIST. SCHOETTGEN et GEORG. CHRIST. KREYSIG, in der Nachlese der

Historie von Obersachsen, part. II, p. 343.

e) glossario Germanico, p. 782.

f) iii. xl ix. p. 91. verbis: si fistucum in laſum iactet. Legendus imprimis est hoc de vocabulo IO. GEORG. ECCARDVS ad

PENIO g) *Werpitum* nomine esse designata; posterior tamen opinio haud penitus est reiicienda atque imagine codicis illius Guelferbytani, cuius supra memini, ut illam nobis exhibet GRV PENIVS h), mirum in modum confirmatur. Si conjecturam adoptare licet Io. GEORG ECCARDI i) omnino notatu dignam: latino vocabulo festucae id denotabatur, quod nostra lingua sub *Halmens* intelligebatur. Deriuat illud a *feste*; simul autem maximum cognationis vinculum inter *halten*, *tenere* quid; seu *seruare* ac *halmen* supponit. Omnino ea probabilitate fese commendat atque auctoritate veterum glossatorum confirmatur h); vbi vero eam adoptamus, haud concedere possumus, stipulas omni tempore adhibitas esse, vbi mentio fieret *des Halmens*. Quum festuca, tanquam genus, omnia illa symbola, supra memorata, sub se comprehenderet: merito idem statuendum est *von den Halmen* ac hoc si coniicimus, probe ante omnia perspicimus, falli eos, qui putant, solum actum hunc locum habuisse, vbi res quaedam immobilis esset tradenda ac tantum eius in locum iam symbolum hoc, *festucae* nomine notum, datum fuisse l); neque vero minus iam intelligimus rationem, cur postea hac ex consuetudine natum sit proverbiū, quo denotabant perfectum actum eiusne confirmationem, si loquendi formula vterentur *mit Mund und Halm*. Deprehendimus illud in ordinatione HENNEBERGICA m), vbi haec legimus: *Zum dritten, alle verzig derer von Adel und anderer unfer Unterthanen vermechuss und vbergab so hin und wider in unfer Herrschaft zwischen Eheleuten und sonsten unter Lebendigen beschehen, nicht wie von Alters her an den Zent und Stadt, sondern unfern Landgericht mit Mund und halm uebergeben, von dem Landgericht bestigt und folgends durch unfer Canzley,* mit

g) loc. memorat. Plura loca, quibus vocabula: *querpitio*, *querpitum*, *guerpire*, occurruunt, collegit WESTPHALEN, praef. tom. II, monument. ineditior. p. 29.

i) loc. *land*.

h) loc. *excitat*.

k) apud IO. SCHILTERVM, *glossar. tektónico*, p. 420.

l) imprimit *festucae* usum obtinuisse in traditione rerum immobilium extra omnem

dubitacionem positum est, et loquendi formula in monumentis literariis mediae aetatis in manu mea rem legitime resiquauit et effecitacit haud ignota est. Occurrit in chartis apud du CHESNE histor. *Guinenſi*, p. 497. 599.

m) der Erflh. Grafschaft Henneberg Landesordnung part. II, tit. X, cap. 1, §. III

B

wie von alters her verbrieft werden. Colligunt quidem Io. SCHILTERVS n)
aeque ac Io. GOTTL. HEINECCIVS o), omnino isto tempore stipularum usum
in terris HENNEBERGICIS optimuisse; sed id hanc mihi persuadere possim.
Merito recordari debemus, quamlibet festucam nomine des Halmes fuisse
designatam. Nec statuere nobis licet, his verbis de quadam tandem traditione
symbolica esse sermonem. Etsi legislator hoc loco vocabulis, quae at-
hibet, non semper notionem subiicit, quae alioquin esset usitata hocque
in primis videamus ex verbo Vermaechtnis, quum illud, uti constat, legatum,
ideoque quid quam, quod ultima voluntate relictum, significat; sed hoc loco sermo-
solum est de actibus inter viuos; certum tamen est ac expeditum, eundem quoque
fesse extendere ad renunciations nobilium. In his nulla cogitari poterat traditio
eandemque ob causam me hanc falli puto, ubi existimat, ordinatione
HENNEBERGICA nihil aliud sub hac loquendi formula, ex ritu antiquiori
supra exposito, orta requiri; quam quod partes consensum suum ad eiusmodi ac-
tum necessarium clare atque evidenter declarare debeant, antequam iudicio pro-
vinciali sit indicandus; Francofordienses autem non minus eadem uti-
tur, ubi heredes testamento scriptos, non solum verbis; sed re ipsa in pos-
sessionem hereditatis mittendos esse volunt. Quum hisce prouerbii renera
ipsum veterem illum poetam Germanicum imitarentur, quo caede vulpis
describens, carmini suo plura quoque iuniperet paroemias; neque minus
memores essent pretii, quod illis semper statueretur; simili modo verba
quaedam in eodem iure deprehendimus, quae hodie quidem sunt inueterata;
quondam tamen in primis in foro fuerunt usitata, ac cultori iuris Germanici
omnino scitu sunt necessaria. Si quoque magna illarum hanc est copia,
propterea quod quilibet videt, auctorem caste ac pure loqui voluisse ideo-
que ab iis vocalis sedulo se abstinuisse; nonnulla tamen eorum attentionem
iurisconsulti excitant hicque merito quoque adquiescit, ubi scientiam voca-
bulorum Germanicorum forensium certo tantum modo augere potest p).

SED

n) loc. land.

o) elem. iuris Germanici, libr. ix, tit. XII,
§. 336. tom. I. p. 610.

p) vt quibusdam tantum exemplis rem
illustrem, dictiones Anleitung und Hindegeng
Suchen, part. I. tit. I. §. 15. Verkünden,

part. II. tit. I. §. 24. erobern, part. II. tit. I.
§. 8. Aufgäfft, part. II. tit. III. §. 6. Einsatz
part. III. tit. III. §. 11. Wöhrlauf, part. II.
tit. VIII. §. 1. Wandl., part. II. tit. X. §. 6.
Hauptfech, part. II. tit. II. tit. IX. §. 6.
omnino attentione quadam sunt dignae.

SEN ad rem ipsam progredior. Duplex est genus eorum capitum reformationis Francofordiensis, quae utilia sunt Germanici iuris studioso. Quoniam primam in classe omnia ea scribenda puto, quibus praeceptum quoddam iuris Germanici adprobatur, haud erramus, vbi iterum illa caute distingueda esse censeamus, prout vel solum doctrinam quamdam iuris patrii tradunt eamque confirmant; vel eandem quidem haud proferunt; veram tamen ita comparata sunt, ut auctor, quem ea formauit, aliud quasi agendo, praeceptum quoddam iuris patrii in memoriam reuocauit et, si quoque illud leuiter solum tetigit, illud reuera per id renouauit. Si primum ea ad capita peruenimus, quae prioris sunt classis: plane rudent ac hospitem in iure Germanico cum esse oportet, cui non statim in oculos cadent. Etsi Francofordienses quibusdam locis, uti adhuc monstrabo, non, nisi ea adprobare videantur, quae institutionis Romanorum essent consentaneae: emancipationem tamen per institutionem separatae economiae, licet praecep-
tis Romanorum prorsus repugnet atque solum a maioribus nostris introducta sit, omnino confirmant q) in reformatione sua quinque multa de eo ca-
nent, quae notatu sunt digna, suoque exemplo clare docent, GOTTFR.
BARTHIVM r), iurisconsultum alioquin eximum, haud multas in iure patrio fecisse progesiones, quoniam emancipationem hanc Saxoniam vocare haud dubitat. Quoniam nimium diuagarer, si ipsam sanctionem hanc Francofor-
densem percurvere yellem: ablego lectores ad eius interpretem, CHRIST.
THOMASIVM s), ac cum illa coniungo omnia, quae in reformatione de com-
munione bonorum inter coniuges ac in primis de bonis, ab ipsis in matrimonio adquisitis; neque minus de distinctione nupiarum in die verdingen
vnd uuerdingten Heurathen ordinantur t). Quoniam ea ita sunt comparata, vt sola maiorum nostrorum principia contineant; multum profecto litte-

B 2

q) part. II, tit. I, §. IX,

r) diss. de emancipatione Saxonica, diss.
iuriat. p. 813.

s) diss. de quasi emancipatione Germanorum
occasione reformat. Francof. part. II. tit. I.
§. 9. Defendit eam auspiciis THOMASII

celeberrimus ZACH. CONRAD. AB UFFEN-
BACH, Francofurtensis, Halae, clocicuit,
ac postea translata est in tom. II. differat,
academicarum, p. 922.

t) part. II, tit. III. §. 12. et part. III. tit.
V. §. I. sqq.

ratissimis illis viris debemus, qui illa iam docte illustrarunt v); iis autem addo tandem ea, quae scita sunt de vnione prolium x). Non quidem negandum est, in legibus hoc de pacto successorio plura inueniri, quae adoptata sunt ex iuribus peregrinis et potissimum ab antiquioribus iurisconsultis plura de ea tradi, quae ex iisdem hauserint et ad vnionem adplicarint, si quoque haud semper id factum sit apte ac conuenienter; extra omnem tamen dubitationem est positum, ipsam hanc conuentione institutum patrum esse ac Francofurtenses, quum illud adprobarent, profecto satis euidenter demonstrasse, omnino quoque patrios mores ipsis placere y). Tandem merito his iungo, quae de vitiis equorum et de modo procedendi, ubi de iis litigium oritur z), nostram attentionem excitant, quumque hac in re Francofurtenses solum praecepta Germanica sequuntur, ista in eamdem classem scribere debemus. Memoratu vel minimum dignum est, quod iam BAIIVVARI vitia cardinalia equorum adcurate definire studuerint, quorum caussa euictio a venditore est praestanda a) Venditionis aiunt, haec forma servetur, ut seu res, seu mancipium vel quodlibet genus animalium venditur nemo propterea firmitatem venditionis irrumpat, quod dicat se vili pretio vendidisse; sed postquam factum est negotium non sit mutatum. Nisi forte vitium inuenierit; quad ille vendito, celavit, hoc est in mancipio aut in caballo aut in qualicunque peculio, id est aut coecum, aut herniosum aut caducum, aut leprosum. Nihil quidem hac de re sanctum est in iuribus illis celeberrimi, nimurum SAXONICO aequae ac SVEVICO; extra tamen omnem dubitationem positum est, consuetudinem illam, cuius meminerint BAIIVVARI, alibi quoque viguisse; neque postea eamdem esse abrogatam;

fed

v) NIC. CHRIST. LYNCKER de adquisita coniugali Francofurtensi, in HENR. CHRIST. SENCKENBERGII select. iuris et historiar. tom. i. p.421. GVL. KLOTZIUS, de usufructu coniugum statutario cum priuis Francofurtensi, Gieffae, c155CCLXVIII. PHIL. GVL. PERSBECHER de iure mulieris Francof. secundum statuta patvia, Alto f. c155CCLXIX. ac IO. CHRIST. KOCHIUS de quaest. an post hereditatem cum beneficio le-

gis et inventariis aditam quoad debitorum fiduciium ex solutionem iure Francofurtensi hereditatis renunciacioni adhuc locus est; nec ne? Gieffae, c155CCLXXIII.

x) part. III. tit. x.

y) IO. AD. BEYER de vnione prolium Francof. 1665. ea, quae in reformatione Francofurtensi hac de re sunt sancta, in primis curate exponit,

z) part. II. tit. IX. §. 5.

a) tit. XV. cap. IX. §. 1.

sed sancte potius religioseque, conferuatam. Etsi illud WEICHBILDVM MAGDEBURGICVM, quod inter iura numerari solet Saxonica, atque ab eo omnino differt, de quo potissimum bene est meritus ill. LAVHNIVS, longe post speculum adparuerit b); neque vlo modo cum illa aetate et comparadus, in illo tamen seie eadem praecpta de vitiis equorum deprehenduntur quae quondam BAIVVARI adprobarent, vbi haec tradunt c): verkaufst ein Mann ein Pferd einem andern binnen Weichbild, da er Gewehrschafft angelobet, so soll er ihm geloben, dass es nicht stetig sey, noch starblind noch unrechter Ankunft, noch hartschlegig. Simili ratione pluribus imperii ciuitatibus eiusmodi sanctiones iurispublici sunt factae. Cui paullulum unquam familiaritas existit cum iuribus LVBECCENSIVM, is prefecto in memoriam reuocabit ea, quae ab ipsis scita sunt de equis, vbi haec in ipforum statutis legimus d) an verkaufsten Pferden darf der Verkäufer nichts mehr gewehren, als dreyerley, nemlichen, dass es nicht anbrüstig, stetisch, noch schnabisch sey. Cum ipsis coniungo reformationem NORICAM e). Actionem redhibitoriam, equo vendito tum demum locum habere permitunt, wenn die Pferde rützig, reudig und haarschlechtig; verum enim vero Francofordienses emtori magis adhuc fauere videntur, etsi alioquin inter viramque reformationem cognitionis quoddam vinculum adesse videatur, vbi haec inveniunt: die vier Waendel seind aber — — wenn das Pferd gestohlen oder geraubt, es were dennzu Zeiten einer redlichen offenen Vhede, wenn es hartschlechtig oder schlebauchig, wenn es stetich vnd wenn es haupsfiech, als moenig oder rotzig ist f)

EGO

b) breuitatis caussa lectores ablego ad ea, quae de discrimine iuter weichbildum MAGDEBURGENSE antiquum et nouum exposui in dem *Grundris der Geschichte der in Deutschland geltenden Rechte*, part. II. libr. II. p. 387.

c) art. 97.

d) part. III. tit. 17. art. 17. DAV. MEVVS adhunc loc.

e) part. II. tit. XI.

f) IO. SCHILTERVS ex. XXXIV. §. 15. senatus consulti Francofurtensis recentioris meminit, quod de vitiis equorum conditum est; ei autem iungas IO. GOTTF. HEINFELD CIVICVM elem. inris Germ. libr. II. tit. XIV. et 398. tom. I. p. 659. et IO. FRID. IVNIVM diss. de vitiis pecorani venationi, quam hac in academia praefide CHRIST. GOTTL. BYDER ann. CIOICXXI defendit.



Ego vero iam filium abrumpo. Ea, quae adhuc dicenda sunt, propediem exponere volo et me potius ad negotium illud me conuerto, quod mihi occasionem suppeditavit, mihi omnino acceptam, paulo curatus iustandi iura FRANCOFVRTENSIVM, quum pro muneric ratione sollemnisi, ille actus a me publice est indicandus, quo

PRAENOBILISSIMVS AC DOCTISSIMVS

IVRIVM CANDIDATVS

I O. W O L F G A N G T E X T O R

FRANCOFORDIENSIS,

viam sibi parabit ad summos in iure honores, ipsi iam ab illustri iurisconsultorum ordine decretos. Quum ab ineunte aetate litteris sece consecravit rectamque studiorum init rationem, postquam nostrum in musarum domicilium erat delatus, ut liquet ex ipsis verbis, quibus nobis more recepto temporis adhuc ab ipso in disciplinis legitimis consumti reddidit rationem;

Ego IOANNES WOLFGANGVS TEXTOR Moeno — Francfurtensis, natum me esse profiteor, die XXIX Ianuarii anni CLOCCCLXVII. Patre, IOANNE IVSTO, in slavurbe splendidissimi ac amplissimi senatus Scabino, maire vero MARIA MARGARETHA, REINHARDI EVSTACHII MOELLERI bibliopolae quondam clarissimi, unica reiecta filia, quos parentes optimos per Dei gratiam adhuc in vivis colo. Ante omnia non possum, quin gratissima mente illorum studium atque curam in me educando aeque ac erudiendo publice testificer, qua praecipue factum, ut principis religionis nostraræ sim imbutus.

Ano

Auo vero IOANNE WOLFGANGO splendidissimi ac amplissimi Senatus quondam Praetore, Abavo autem HENRICO CHRISTOPHORO quondam Collegii Electoralis Palatini Regiminis Supremi Confiliario, et Atauo IOANNE WOLFGANGO ejusdem Senatus quondam Syndico primario, quorum cimenes maiorum meorum usque ad extremum vitae halitum mihi erunt sancti. Frequentavi Francofurti maximo cum tſu Gymnaſium, quod eius Rectore PVRMANNO floret eisque lectiones ut et illas Conrectoris RAMBACHII et Prorectoris SCHERBIT, SCHILLERI, Beati ZINCKII, POPPI, et ROEMERI audiui. Prima fundamenta literarum poſtquam eſſent poſta, confiliumque inirem iurisprudentiae ſtudio tempus meum consumendi, Pater optimus, priusque Academiam petebam exteram, principiis iuris civilis, pandectarum, ut et iuris criminalis me inſtruendi benebole curam fuſcepit. Academiam deinde adiū Tenerem, neque aduenam mense Aprilis cloLocci XXXVII vir magnificus atque perilluſis ECKARDT, fasces academicos tunc temporis tenens, numero ciuium academicorum adſcripſit. Quod ad ipsam vitae meae academicae pertinet rationem, in Philosophicis, nempe in Logica, Metaphysica, Theologia naturali et Anthropologia philosophica, Iure Naturae sociale ac gentium, ut et in Theoria generationes in regno animali et vegetabili, Eleutheriologia, et in doctrina de naeuis illuſtr. VLICH, in mathematicis, excell. VOIGT, in historicis, in historia tam vniuersali quam literaria ill. EICHHORN, in historia imperii Rom. Germanici ut et in historia ſtatuum Europeae ill. HEINRICH, in re diplomatica et in antiquitatibus Germanicis ill. MÜLLER in aesthetica et praelatione ſuper Oberonem Wielandi excell. REINHOLD, in introductione historiae vniuersalis ill. SCHILLER gauisus ſum preeceptoribus. Anthropologiam medicam in ſcholis ill. LODERI audiui. Quo facto ſcholas iuridicas adiū, et ill. REICHARDT institutiones iur. civilis una cum pandectis me docuit. Perill. ECKARDT, fautor meus maximus, digeſta, iuris criminalis princi- floria

pia, processum ciuilium atque artem relatoriam me docuit. Per ill.
 WALCHIVS, praeses, fautor et patronus meus optimus, quin alter pater,
 meusque hospes, in iuris historia, iure germanico atque arte ex
 actis referendi praceptor mihi fuit, cuius praelectionibus maxima
 cum utilitate adfui, neque minus eius quoque Disputatorium per longum
 temporis spatium frequentani. Ill. SCHNAUBERT, me ius
 canonicum, publicum germanicum, feudale, processum imp. tribu-
 naliū et ius priuatū principium Germaniae, docuit. Hos omnes ha-
 bui doctores, sautores, patronos, omni pietatis studio venerandos,
 quibus me adeo obstrictum agnosco, ut debitum unquam exsolvi posse
 desperem. Eo libentius igitur datam amplector occasionem, publicum
 hic testimonium obstrictissimi, dum viuam, animi deponendi.

precibus eius collegium nostrum haud ita pridem satisfecit et ad vtrunque
 ipsum admisit examen. Omnino in illis singularem in iure proficiendi cupidita-
 tem, atque egregias, quas in eo fecit, progressiones satis superque monstrauit, ideo-
 que etiam illum illustris ordo censuit dignitate doctoris dignum. Eius vt parti-
 cipem se faciat, crastino die disputationem suam inaugurelam de *iurata spe-*
ificatione loco inventarii exhibita, me comite, contra argumenta aduersa-
 riorum defendet; ego vero meo meique collegii nomine **MAGNIFICVM ACA-**
DEMIAE PRORECTORUM, **ILLVSTRISSIMOS S. R. I. COMITES**, **PATRES ACA-**
DEMIAE CONSCRIPTOS, **HOSPITES OMNIVM ORDINVM HONORATISSIMOS**,
GENEROSSISSIMOSQVE AC NOBILISSIMOS COMMILITONES ORO AC ROGO,
 vt actum hunc praesentia sua benigne condecorare velint. P. P. d. x.
 Ago, cl^occcclxxxx.



Kd 1544
(X2258474) ✓

Kd 1544

120







DISQVISITIO PRIOR
DE
VSV AC PRAESTANTIA
REFORMATIONIS FRANCOFORDIENSIS
IN IVRE GERMANICO
QVA
PRAENOBILISSIMI AC DOCTISSIMI
IO. WOLFGANG. TEXTORIS
FRANCOFORDIENSIS
DISPVTACTIONEM IN AVGVRALEM
DE
IVRATA SPECIFICATIONE
LOCO INVENTARI EXHIBITA
D. XI. AVG. CCCCCCLXXX.
INSTITVENDAM
INDICIT
CAROL. FRID. WALCHIVS, D.
ORD. IVRISCONSVLTORVM EXDECANVS.
IENAE
LITTERIS GOEPFERDTIANIS.

